In laude mulieris subito erumpit dicens. O mulier propterea in
quid laudo constantiam eius laudo fidem quę iniuriata perman
sit & ratione extorsit. Si enim ab initio dimisisses illam nec
illa paulatim erudita fuiss& nec tu scires seruitutem animi eius nec
latentem fidei thesaurum. & ideo suspendi donationem ut tu
agnosceres fidem. O mulier d(omi)n(u)s dicit o mulier. Audiant haec
qui nausitanter orant & fasti diose precantur. Quando dico.
d(omi)n(u)m roga d(eu)m obsecra eum famulare illi dicit. Rogaui semel se
cundo & tertio & decies & uicies. & quid non accepi inquit. Ne
recedas quousque accipias. finis postulationis acceptio depraecan
tis est. tunc cessa quando acceperis. immo magis nec tunc cesses.
sed & tunc perseuera agens gratias pro id quod accepisti ut perseue
r& tibi quod acceperis. Nonnulli introeuntes ecclesiam simul
le uersus extendunt orationem suam quasi apud d(eu)m multitudo ser
monum opus sit tamquam ignoranti quid postules qui ante quam
cogites nouit. Nam & illę quidem quid dicunt nesciunt labia mo
uentur solummodo mens autem sine fructu est & aures eius surdę
sunt. tu non audis orationem tuam, & d(eu)m uis audire precem
tuam. flecto inquit genua. curuasti quidem genua intus sed mens
tua foris uagatur. corpus tuum intus sed sensus foras. Os quidem
loquebatur sed mens usuras cogitabat possessionem sed itus suppu
tabat descriptiones domorum uidebat. amicorum uerba uoluebat.
Neglegentias intuebatur famulorum. pastorum urbanitates
uidebat. mulierum species considerabat. Diabulus enim cum sit astu
tus scit q(uonia)m in tempore orationis grandia postulemus & saepius
imp&remus. Inpedire festinat inprouidas mentes. Nam aliquoti
ens cum re supini iacemus. in lectulo, nihil tale cogitamus. Sed cum ue
nimus ad orationem cogitationum nos opprimunt nubes ut nos a
uocent & sine fructu efficiant. haec igitur sciens in orationibus fieri
imitare cananeam mulierem quam uigilanter & cum summa sapi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0185